



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Bellum Sacrum Ecclesiae Militantis Contra Turcum  
Communem Hostem Christianorum**

**Vaux, Léonard de**

**Leodii, 1685**

§. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64991)

venientior reperiri potest. Omitto ultroneas mercatorum, aliorumque divitum, in tam pium Bellum oblationes, pensiones opimis beneficiis, elemosinas fidelibus, in Jubilæo in hanc rem à Pontifice indicendas; ex quibus multorum millionum summa conflabitur: si quilibet ditiorum, vel aureum conferat. Ex tot divitum per totum orbem millionibus, quot aureorum milliones consurgunt? taceo dispensationum, privilegiorum, peccatorum, aliorumque multas, quæ piè ad tam pium opus exigi queunt & applicari.

## §. I I.

**S**ANÈ Innocentius III. Pontifex quadragesimam reddituum partem Clericis omnibus in usum Belli Sacri in dicit, Regi verò Galliæ, & Regi Angliæ ita scribit, *Lib. 2. Epist.*  
 „ 239. Tu ipse ad defensionem Terræ  
 „ Sanctæ competentem in expensis  
 „ tuis dirigas, numerum bellato-  
 „ rum, quasi decimas saltem Christo  
 „ persolvens, ita quod ex hoc divi-

5 nam gratiam possis plenius, prome-  
 5 reri: Idem Pontifex rursus Cleri-  
 cis per triennium, vigesimam reddi-  
 tum partem in eundem finem, sub  
 poenâ excommunicationis, indixit:  
 euntibus verò ad Bellum Sacrum,  
 tributa, quin & usuras creditoribus de-  
 bitas relaxavit, ac generalem inter  
 Christianos toto orbe pacem per qua-  
 driennium servandam, sub poenâ Ana-  
 thematis sanxit. Paulus III. Carolo  
 V. in Africam contra Saracenos castra  
 moventi, decimas omnium in Hispania  
 beneficiorum attribuit. Pius V.  
 Pontificios redditus omnes, in usum  
 Belli Sacri similiumque piorum ope-  
 rum contulit, ideoque illustrem illam  
 de Turcis apud Naupactum victoriam  
 retulit. Ergo summi Ecclesiæ Pastoris  
 iudicio, & Patris communis sapienti  
 distributioni acquiescant fideles filii.  
 Sic sæculo elapso Alexander VI. Pon-  
 tifex, Indiarum limites divisit, pro-  
 priosque statuit Hispanis, & Lusita-  
 nis: hinc utrorumque mira in his  
 concordia. Hæc ergo Sedes Apostoli-  
 ca, Sacræ hujus expeditionis, uti  
 aliàs semper fuit, ita & nunc erit arbiter,

& Judex, imò Choragus Director,  
& Moderator. Hæc Sancta Sedes cui-  
que suas operas, & Provincias partie-  
tur. Hæc Spolia & Lucra dividet.  
Hæc lites omnes judicabit, & com-  
ponet. Hæc novos Principes & Re-  
ges, si opus sit, in Provinciis & Re-  
gnis Bello acquisitis instruet, & crea-  
bit. Hæc ratio ad commune Ecclesiæ  
negotium conficiendum, uti maximè  
opportuna & accommoda, ita hoc  
fine à Deo provisa est & donata.

Denique obvia est concordiaæ ra-  
tio, si quisque seorsim loco sibi com-  
modo communem hostem invadat, &  
quidquid ei adimit, jure Belli, tam ju-  
sti, ipso facto occupet, sibi que vindi-  
cet. Achilles Tarduccius libello quod  
Turca vincibilis, demonstrat Tur-  
cam à solis Hungaris vinci posse,  
quingenta Christianorum milli-  
bus in aciem productis. Suffragatur  
Anonymus illi additus, de statu Im-  
perii Turcici, qui per calculum A-  
rithmeticum ostendit Bellum contra  
Turcam geri confici que posse quot  
annis quatuor auri millionibus, exer-  
citu verò quadraginta millium pedi-

tum, & bis mille equitum, addita ei classe centum triremium.

Rursum Foedus Christianorum Principum, à Leone X. Pont. contra Selymum sancitum, ac Provincias cuique ad invadendum, occupandumque attributas, recenset Fridericus Guicciardinus, & ex eo Lazarus Sorantinus in Ottomanno, c. 118. qui addit Leonem decrevisse ante omnia vim auri maximam congerendam, tum exordinariis Principum Christianorum oblationibus, tum etiam ut singulis Christianis certum aliquod tributum hujus Belli nomine imperaretur.

